ὥσπερ θυρίον μικρὸν
.i. tanq̃ portulã par-
uã, ſeu feneſtram, q̃
a græcis θυρίς uoca-
tur. At qui beſtiolam
traduxit forſan ine-
mendato exemplari
ſeductus θηρίον legit,
quæ ſane uox beſtiã
feráq́ denotat. ⌈ Pœ — Pœnitentia
nitentia. Hæc cunctis

nem ſuſceperit, quæ ad ueram diſciplinã peruehat, ab ea mundatus, expiatusq́ʒ ſalutem, beatitudinem, felicitatẽ, in uniuerſa uita lucraturũ. Si ſecus, denuo a falſa illa opiniõe ſeducitur. O Hercules q̃ magnũ eſt hoc aliud diſcrimen? Hæc autem inquã ego, falſa diſciplina quæ nam eſt? Vides ne alterum illum ambitum? Video inquã ego, atqui extra ambitum in ueſtibulo mulier quædam aſsiſtit, quæ mundiciã, conſtantiamq́ʒ non mediocrẽ prætendit. Apprime inquam. Hanc igitur inquit pleriq́ʒ homines & uulgus uocãt diſciplinã. Cum falſa potius diſciplina ſit. huc ſane prius applicant, qui ſalui fiunt. Vbi ad ueram diſciplinam peruenire uoluerint. Nunquid alius ad ueram diſciplinã aditus nõ patet? Patet inquit. Hi uero intra ambitum declinãtes, qui nam ſunt homines? Falſæ inquit diſciplinæ ſunt amatores decepti, ſeq́ʒ opinantes ueræ diſciplinæ contubernio frui. Et qui nam uocantur hi? Alii inquit poetæ, alii oratores, alii dialectici, alii muſici, alii arithmetici, alii geometræ, alii aſtrologi, alii uoluptuarii, alii peripathetici, alii critici, & quicunq́ʒ eiuſmodi ſunt. Illæ autem mulieres quæ uidentur circumcurrere prioribus illis ſimiles, in quibus incõtinentiã, & reliquas una eſse affirmabas, quæ nam ſunt? Illæ ipſæ ſunt inquit. Nunquid etiam huc ingrediunt̃? Ita per Iouem, in his, ſimulq́ʒ inſipiẽtia, neq́ʒ ab opinione, ac reliquis malis euadent, priuſq̃ repudiata falſa diſciplina, ueracem uiam ingreſſi fuerint, & purgatoriã eoꝝ uirtutem admiſerint, & mala omnia, quibus inuoluunt̃, & opiniões, & igno-

Falſa diſciplina.

Falſæ diſciplinæ amatores.

rantiam,& reliquā omnē prauitatem ſequæſtrauerint, tum demū ita ſalui,& incolumes erūt. Neq; ullo unq̄ falſæ diſciplinæ cōmertio labetactari poterunt, neq; horum ſtudio℞ gratia mali quippiā adipiſcentur. Et quæ nā hæc uia eſt, quæ ad ueram diſciplinam ferat? Vides inquit locum illum ſuperiorem, ubi nullus inhabitat, ſed ſolitudo ingens eſſe uidet̄? Video, præterea ianuam quandā puſillam, ante quam uia quędam eſt, quæ non multum admodum frequentatur. Quippe quam pauci admodum terūt, ꝙ accliuis & aſpera,& ſaxoſa uideatur, & ualde inquam. Collis præterea quidam excelſus apparet, ad eumq; anguſtus admodū aſcenſus, & q̄ multa profunda hinc inde præcipitia offerat. Video, hæc igitur inquit uia eſt, quæ ad ueram diſciplinam ducit. Aſpectu inprimis formidoloſa. Porro circa collis ſuperiorē partem, ſaxum ingens & præaltū uſq;quaq; præruptū uides? Video inquā. Vides præterea mulieres duas ſupra ſaxum

mortalibus magnopere exoſculanda ē. quoniā errantes ad uerum iter reducit, nauſeam de præteritis cōmiſsis ingerit, ac ſpem melioris uitæ pollicetur, unde ſcriptū legimus. Agite pœnitentiā,& appropinquabit regnū cœlo℞. Et alibi exclamat Christus ille uerus Christiano℞ Hercules. Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiā uos.&c. ⌈Falſæ aūt diſciplīæ. Penſita Lector qui inter ψευδοπαιδείας amatores connumerentur. ⌈Sequeſtrauerint. Abiecerit, reliquerint. ⌈Solitudo ingens. Pauci em̄ illuc ingrediunt̄, immo paucíſsi, proh dolor, hæc cognita ē uia. ⌈Accliuis. Hinc illud, ſuperasq; euadere ad auras Hoc op⁹, hic labor ē pauci quos æquus amauit Iupiter. ⌈Collis excelſus. Recte, nam uirtutis domicilium ut Silli⁹ ait, in arduo loco ſitum eſt, id qd̄ Heſiod. multo ante

cecinit, queádmodũ
in Baſilio diximus.
⸢ Anguſtus. Non diſ
ſona eſt ſententia in
euangelico dogma-
Continétia
te. ⸢ Continentia.
Quæ ſm Hieronym.
eſt appetitus oimq;
rerũ malarum refre-
natio, & pars tempe
rantiæ habetur ſm
Conſtantia.
Tullium. ⸢ Conſtan
tia, Hæc ſiquidem fa
cit firmiter quempiá
in bono cóſiſtere có
tra difficultaté, quæ
prouenit exquibuſ-
cunq; impedimentis
exterioribus. Sed no
ſti Geruice iam nunc
quantum ualeat mé
tibus in humanis cõ
ſtátia, qui aliquot iá
annos in illa aliiſq;
uirtutibus in ceno-
Cœnobium Vuingarteñ
bio Vuingartenſi p-
inde atq; uirum reli-
gioni adſcriptum ſci
te decet, uixiſti. ⸢ To
lerandũ. Mantu. Qui
cupiunt igit̃ ſanctos
intrare receſsus, Lon
ga prius duro prælia
marte gerũt, Huc ue
niunt homines uir-
tutis imagine ducti,
Sed refugit uerſo ter
rita turba pede &ce.
⸢ Pulcherrimá uiá.
Maro de lr̃a Pytha-

conſtitutas, pulchritudine atq;
habitudine corporis excellẽtes,
ac manus perq̃ alacriter proten-
dentes? Video, ſed quæ nam inq̃
uocantur? Altera inquit Continé
tia, altera Conſtantia nuncupat̃.
Sunt autem Germanæ, Cur nam
igitur manus tam alacriter pro-
tendunt? Hortantur inquit eos
qui ad id loci ueniunt, ut bono a-
nimo atq; intrepido ſint, admo-
nentq; paululũ quippiam adhuc
eſse tolerandum. Se em̃ eos pau
lopoſt ad pulcherrimá uiam per-
ducturas. Vbi uero ad ſaxum per
uenerint, quo nam modo aſcen-
dunt? nullam eo ferentem uiam
animaduerto. Ipſæ a præcipitio
illo deſcendũt, eoſq; ſurſum ad
ſe trahunt. Deinde recreari, & q-
eſcere iubent, ac paulopoſt forti
tudiné, audaciamq; contribuũt,
eoſq; ad ueram diſciplinam de-
ducere ſe profitent̃, & uiam oſtẽ-
dunt, q̃ ſit elegás, q̃ plana, q̃ per-
uia, q̃ nullis malis obnoxia, ut ui-
des. Ita per Ioué uidetur. Vides
ne inquit ante illud nemus, locũ
quendá qui pulchritudiné, amœ-

nitatemq́ pratorum præſert, multoq́ lumine illuſtrat? Et ualde inquam. animaduertis igitur in prati meditullio ambitum alium & portam aliam? Ita ſane, ſed quo nam pacto locus hic nuncupatur? Fortunatorum inquit domicilium. Hic. n. uirtutes omnes & felicitas ipſa uerſatur. Eſto, inquam ego, eam eſſe loci pulchritudinem. Quin inquit aſpicis, prope portam quam formoſa, & conſtanti facie mulier exiſtat, mediam indiſcretam iam ætatem, habitum uero & ornatum ſimplicem præſeferens. Eaq́ non in rotundo, ſed in quadrato lapide ſecura, & munita conſiſtit. Duæ præterea aliæ quas tanquam filias una ſecum habere uidetur, ita prorſus apparet. Harum igitur quæ medium locum tenet, Diſciplina aſt, eam Veritas & Perſuaſio comitatur. Cur autem hæc quadrato lapidi potiſſimum inſiſtit? Ex eo inquit arguitur, quod ad eam peruenientes ſecuro & certo tramite proficiſcuntur. Donationesq́ traditas tuto ſuſcipiunt. Et quæ nam illis ab ea dono dantur? Confidentia inquit, atq́ animus imperterritus, Hæc uero alia quænam ſunt, Scientia inquit, per quam graue nihil in uita perpeti unquam poſſe ſe intelligunt. Quam præclara inquam Hercule munera. Sed quamobrem extra ambitum ita moratur? ut inquit aduenientes excipiat accurate, ac uim illam purgatoriam inſtillet, purgatosq́ ac prorſus emendatos, ita eos ad uirtutes introducant. Quonam pacto, inquam ego? non intelligo. At intelliges inquit, Quemadmodum ſi quis grauiter egro-

gotæ. Nam uia uirtutis dextram petit ardua callem, Difficilemq́ aditum primum ſpectantibus offert, Sed requiem præbet feſſis in uertice ſummo.

Virtutis uia

A. I. manifeſtam.

Diſciplina.

Veritas.

Perſuaſio.

Confidentia.

Scientia.

tans medicum accerſiuerit, purgatoriis ſtatim medi/
camentis, omnes egritudinis cauſas eximere conat̃.
Atq; ita demum a medico reparatus in ſanitatem re/
ſtituitur. Qui ſi medicis præceptis minus obtempe/
rauerit, merito repudiatus ab ea egritudine conficit̃.
Hæc intelligo inquã ego, eodem itaq; pacto, ubi qs
ad diſciplinã peruenerit, probe curatur, & uirtute il/
lius irroret, Vt q̃primũ mala omnia expurget, eiiciat
q; quibus aduenieus implicabatur. Quænam hæc? Ig/
Vicia. norantiã, errorem, quẽ apud Suadelam ebiberat. Ar/
rogantiam, Concupiſcentiã, Intemperantiam, Furo
rem, Auariciã, & reliqua omnia, quibus in primo am/
bitu fuerat repletus. Vbi uero ſatis emũdatus fuerit,
quo nam eum mittit? intro inquit ad Scientiam, ali/
asq; uirtutes. Quaſnam & quales? Vides ne intra por
tam cœtum mulierum q̃ bone indolis atq; inſtitutio/
nis uidentur, q̃ inculto ac ſimplici habitu præditæ ni/
hil ſe aut fictum, aut accuratius more alioꝝ prętendẽ
tes/uideo inq̃. Sed quænam hæc uocantur. Prima in/
Virtutes. quit Scientia nuncupatur. Aliæ uero huius germanæ
ſunt, Fortitudo, Iuſticia, Probitas, Tẽperantia, Mo
deſtia, Liberalitas, Continẽtia, Manſuetudo. Heus
inquã optime ergo, q̃ magna in ſpe ſumus. Modo in
quit intelligatis, & quę auditis, ſtudioſe percipiatis.
Atqui inquã ego accurate ac diligenter attendem⁹.
Salui igitur inquit eritis. Vbi ergo eum ipſæ ſuſcepe
rint, quonam abducuntur? Ad matrem inquit. Ea ue/
Ad felicitatem uia. ro quænam eſt? Felicitas inquit. Cuiuſmodi autẽ hæc
eſt? Vides ne uiam illam ad ſublimẽ illum uerticem

ferentem. Quē omnes ambitus ueluti arcē ſuam am/plectuntur? Video, mulier pręcellens in ueſtibulo cōſtituta ſuper ſoliū excelſum ſedet cultu nō tam curioſo q̄ liberali, Corona florentiſsima elegāter admodum capiti impoſita. Ita prorſus uidetur, Hæc igitur inquit eſt felicitas? ubi igitur ad eam quiſpiā acceſserit, quid rerū gerit? Ipſa inquit felicitas eum potētiæ ſuæ corona circundat. Itidem reliquę omnes uirtutes, perinde ac maximorum certaminū uictores coronari ſolent. Et quænam inquā ego, certamina deuicit? Maxima inqt & maxima etiam monſtra, q̄ pri⁹ ipſum abſumebant, affligebant, atq; in ſeruitutē redigebant. Omnia hæc deuicit, ac longe a ſe ſequeſtrauit. Sec; ipſum adeo ſuperauit, ut huic nūc illa ſeruiāt, Quibus ipſe antea in ſeruitutē redactus fuerat. Quænā hæc mōſtra dicis? audire eñ admodū cupio. Imprimis inquit ignorantiā & errorem. An tibi monſtra hæc eſse non uidentur? Tetra & laborioſa inquā ego. Deinde triſticiam, luctum, & auariciā, & incōtinentiā, & reliquā omnē impro/

Felicitas.

⸢Maximorū certa: Signate ait, quoniā tota mortaliū uita certamē quoddā eſt, & milicia, ut Iob dicebat. ⸢Victores coronari ſolēt. Nemo, inquit diuus Paul⁹, coronabitur, niſi qui legitime certauerit. ⸢Monſtra. Quid eñ aliud tot hominū uicia ſunt, q̄ mōſtra teterrima, quæ ferme uniuerſum, quod eq̄dem nō parū doleo, mundū deuaſtāt, depopulantur, proſcindunt, lacerant, ſingulaq; tum diuina tum humana ſimul commiſcent. Heu rem periculoſam? heu mores. Proh dii q̄ opus nūc Hercule eſset altero, qui hūc perituꝝ tot monſtris orbē denuo liberaret. Succurre idcirco o ſūme rerū opifex mortalium erratis, mundoq; nunc eueſtigio lapſuro, opifex inq̄

Chriſtus uerus Hercules.

Chriſte q uerus Hercules per hanc erumnoſam uitã omnia monſtra ſuperaſti. At hæc in Satyris noſtris effuſius quæſiuimus. ⌈ In ſe ipſo. Id eſt animi ſui bonis, & uirtutibus.

bitatem. His omnibus non ut antea paret, ſed imperat. O præclara inquam ego facinora, & pulcherrimã uictoriam. Illud aũt mihi etiã expone: cuiuſmodi ſit ei9 potentia, qua eum coronari dixiſti? Beatifica inquit o adoleſcens qui enim fuerit ea potentia coronatus, & felix & beatus euadit, neq; alibi q̃ in ſe ipſo ſpem felicitatis reponit. Quam præclaram uictoriã dicis. Cæterum coronatus quid agit, aut quo uadit? Suſcipiẽtes eum uirtutes ad id loci ducunt, unde primũ aduenerat, eiq; cõmonſtrãt ſtudia improborum, q̃ male degant, & miſeræ uiuant, quanta in uita naufragia patiantur, quantũ aberrant, q̃ ueluti hoſtium captiuitatem præferant. Alii incontinentię alii arrogantiæ, alii inani gloriæ, alii aliis malis inſeruientes, per quæ a calamitatibus quibus irretiti ſunt, exoluere ſe nequeunt, ut ſaluentur, & eo perueniant. Sed in omni uita perturbant̃, ꝙ huiuſmodi uiã inuenire nõ poſſunt. Mandatũ enim a Genio, ac numine ſuo traditum obliuioni tradiderunt. Recte inquã dicere mihi uideris, tametſi hoc etiam inſuper ambigo. Cur nam ei uirtutes locum illum commonſtrent? Vnde prius aduenerat, nihil certi nouerat, neq; ullam eoꝝ, quæ ubi agerentur, ſcientiã tenebat. Sed ignorantiã atq; errorem quẽ ebiberat,

Coronati.

Studia improborum.

Mortaliũ error.

Vita naufragium eſt.

⌈ Naufragia. Indies naufragium facim9, quandoquidem uita hæc nauigatio eſt ingens, nec minus periculoſa, præſertim inter tot ſcopulos, & ſaxa mare ſulcantibus.

ebiberat,ambiguus quæ bona nõ erãt,bona,quæ ma
la non fuerant,mala exiſtimabat.Quocirca male eti/
am uiuebat, ſicut alii pleriq; ibi diuerſantes. Nunc
uero percepta utilium & conducibiliũ rerum ſciẽtia
& ipſe optimã uitam traducit. Et eos qui peſsime a/
gunt,contemplatur.Vbi uero omnia fuerit contem/
platus,quid agit,aut quo tendit? Quo inquit ei col/
libitum fuerit,Vbi enim eum ſecuritas habet perin/
de ac antrũ Corytium poſsideret,& quocunq; perue
nerit ibi tutiſsimus rectam uiuendi rationẽ aſsequit̃ (Antrũ Cory cium.)
omnes enim eum tanq̃ ęgroti me
dicũ libẽter, & gratanter excipi/
ent. Nunquid igitur illas mulie/
res, quæ monſtra a te dicebant̃,
amplius non ueretur, ne quid
ab eis detrimenti patiatur? Nihil
penitus,qui neq; dolore,neq; tri
ſticia, neq; intemperantia, neq;
auaritia, neq; paupertate, neq;
ullo alio incõmodo uexetur.Om
nibus enim imperat ac præeſt, a
quibus antea præmebatur, eorũ
inſtar qui a uipera morſi aliquan/ (Vipera.)
do fuerint. Feræ enim quæ aliis
omnibus perniciem ac mortem
afferunt, illis dumtaxat innocuæ
ſunt, quæ eam uim ueneno con/
trariam poſsident. Ita ne huicq/
dem quiſpiã nocet, quia uirtutẽ
uiciis ac maculis oppoſitam, ue/

⸢Antrũ Corycium. Pom.Mela li.1.in de
ſcriptiõe Ciliciæ, ſpe
cus eſt(inquit)nomi
ne Corycius ſingula
ri ingenio,ac ſupraq̃
ut deſcribi facile poſ
ſit,eximius.&c.Soli/
nus in eiuſdem Cili/
ciæ deſcriptione.Pli.
& alii. Lucanus quo/
q; huius ſic meminit
li.3. Coryciũq; patẽs
exeſis rupib⁹ antrũ.
Idem li.8. Nũc & Co
rycias claſses & Pon
tica ſigna.&ce.Factũ
eſt ob id in prouer/
biũ hæc uox ceſserit.
⸢Qui a uipa &c.Na/
turaliũ ſcriptores tra
dũt, τοὺς ἐχιοδήκτους
i.Morſu a uipera pe/
titos ab uenatorum
nullo attingi, adſe/
runt præterea eas q

Antiphar-
macum.

uiperæ iecur coctum hauſerint, nunq̃ poſtea feri a ſerpente. Porro de uiperæ partu ac natura diffuſæ ſcribunt. Ariſto. li. v. de hiſtoria aĩaliũ. Plinius li. x. Medici uero copioſius hac de re loquuntur. Plura Cœlius lib. iii. ca. xxx & li. x. ca. xxxv.

lut Antipharmacum nactus eſt? Recte dicere mihi uideris. Sed hæc etiã inſuper expone, quinã ſunt illi, qui illic a colle aduenire uidentur, quoꝝ alii coronati læticiam quandã præſeferunt. Alii incoronati deſperatione rerum tibias & capita lacerata uidenť. Cum alioquin a quibuſdam mulieribus detineãtur. Coronati ſunt inquit qui ſoſpites ad diſciplinã peruenerunt, eamq; conſecuti ſummopere lętantur. Incoronati uero alii deſperatione a diſciplina reuertuntur, male ac miſere degẽtes. Alii metu perculſi ac perterriti atq; ad cõſtantiam refugientes rurſus errant, & per uias inuias uagãtur. Quæ uero mulieres eum ſequuntur, quænã ſunt? Triſticiæ inquit, & moleſtiæ, & anxietates, & ignominiæ, & ignorantiæ. Omnia igitur eos mala ſequuntur. Omnia inquit per Iouẽ ſubſequuntur, ubi uero in primũ ambitum ad uoluptatem & incõtinentiã peruenerint, nequaq̃ ſeipſos accuſant, ſed & ſtatim diſciplinã & ſectatores illius maledictis inceſſunt. Adeo miſeri & calamitoſi, & infelices hi ſunt, q ab earum cõtubernio defecerũt. Male em̃ uiuunt, & nullis earum bonis perfruuntur. Et quæ etiam

Antipharmacum. Græci pharmacõ medicamentũ atq; uenenũ eadem uoce nuncupant, a quo pharmacopolæ qui medicinas cõficiũt, ac uendũt, Hos naſci ait Firmicus in. vii. matheſeos oriente ſydere ophiotho. ἀντιφάρμακον ergo cõtra uenenum remediũ dicitur.

Male uiuentes.

bona autumant? Luxuriam, & ut breui cõplectar, in/
temperantiã, conuiuari & pecudum more, ſcortari
maximoq; bonorum fruitionẽ eſſe arbitrantur. Aliæ
uero mulieres, quæ illinc cũ riſu & hilaritate adueni/
unt, quęnam uocantur? Opiniones inquit eos ad di/
ſciplinã ducẽtes, qui uirtutes ingrediunt̃. De uia.n.
deflectunt aliquantiſper, ut alios adducãt, admone/
antq; illos eſſe felicitatem iam conſecutos, quos iã/
pridem adduxerant. Vtrũ igitur inquã ego ipſe intꝰ
ad uirtutes ingrediuntur? Nequaq̃ inquit, opinioni
enim ad ſcientiam introire non licet. Sed diſciplinæ
dũtaxat eos tradũt, quibus a diſciplina ſuſceptis ipẽ
poſthac denuo alios adducturæ reuertunt̃, earum in/
ſtar nauiũ, quæ depoſitis oneribus denuo reuertunt̃,
ut aliis mercibus impleantur. Hæc ſane inq̃ mihi re/
cte uideris diſſeruiſſe. Illud autem nobis nondũ pa/
tefeciſti. Quidnã Genius uitam ingreſſuris imperet
faciendum? Bono inquit & conſtanti animo eſſe, qua
propter uos etiã confidite. Omnia.n. ediſſertabo ni/
hilq; prætermittam. Recte inquã ego loqueris. Pro/
tenſa itaq; iterum manu, aſpicite inquit mulierem il/
lam quæ cęca eſt, & rotundo lapide inſiſtere uidetur.
Quam pauloante nuncupari Fortunã aſſeruit. Aſpi
cimus. Huic inquit imperat nõ eſſe credendum, nec
quicq̃ aut ſtabile, aut ſecurum, aut propriũ exiſtiman
dum, quid ab ea ſuſcepit. Nihil enim prohibet, quin
omnia hæc auferat, atq; alteri tribuat. Quippe quæ
ſæpius id agere conſueuerit. Quapropter illius etiã
munera parui eſſe pendenda denũciat, neq; gauden/

Opinio, grecis δόξα dicitur, & eſt actus intellectus declinãtis in unam partem contradictionis cum formidine alteriꝰ ſm Thomã.

Genius qd imperat.

Fortuna lapide rotundo inſiſtit.

Nihil ſtabile quod fortuna largitur.

Fortuna nõ incuſanda ẽ

Nũmularii.

⌈ Nil cũ ratione. Fortunæ uarietatem explicare uolens Auſonius ſic ait. Theſauro inuento, qui limina mortis inibat, Liquit ouans laqueum quo periturus erat. At qui/ qđ terræ abdiderat, non reppe rit aurum. Quem laqueum inuenit nexuit, ac periit.

dum, ubi dederit, neq; dolendũ, ubi abſtulerit. Eamq; poſtremo nec uituperandam, neq; laudandum. Nihil enim cũ ratione, ſed temere omnia facit, ac fortuito, ut antea uobis expoſui. Quo circa Genius ille imperat, ut nulla eius facinora demiremur, neue malos numularios imitemur. Illi enim ubi argentum ab hominibus acceperint, gaudent, & ſuũ eſse arbitrantur. Vbi uero repetitur moleſte ferunt, & peſsime ſecum actum putant. Neq; meminerunt, ea ſe conditione depoſitum ſuſcepiſse, per quã liceret ei, qui depoſuerat, iterum recipere. Eandem itaq; in illius muneribus habendam eſse rationẽ, Genius imperat, recordandumq; eiuſmodi ingeniũ eſse fortunæ, ut quæ dedit auferat, ſtatimq; multiplicia rurſus accumulet. Aliquando autem non his modo quæ dederat, ſed his etiã quæ prius extabant, facultatib⁹ expoliet, Quæcunq; igitur dederit, ſuſcipere iubet. atq; ita ad ſtabilem, ſecuramq; munificentiã diuerti. Qualem hanc inquã ego, quã a diſciplina ſuſcipiẽt, ſi ſalutem ibi fuerint conſecuti. Hæc ergo quæ nam eſt? Vera inquit ſciẽtia, utiliũ rerum, ſecuraq; & ſtabilis & immutabilis munificentia. Quo circa ſtatim ad hanc confugere iubet. Cũ uero ad illas mulieres acceſserint, quas antea dixi, uoluptatem, & incontinẽtiam nuncupari. Illic quoq; actutum eſse diſcedẽdũ

Fortunæ bona depoſitũ quoddam ſunt.

Vera diſciplina.

Actutũ. i. e/ ueſtigio, ſtatim.

imperat, ac ne his quidem fidem eſse adhibendam. Quoad ad falſam diſciplinā peruenerint. Ibi igit̃ ali-quantiſper immorari, & quicquid libuerit, ab ea tan-quam uiaticum accipere iubet. Ac demum poſtea illic abſcedere, recteq́ʒ ad uerā diſciplinā peruenire. Hoc illud eſt quod a Genio præcipitur. Cui ſi quis aut contrarius aut minus obediens fuerit, miſer miſerrime morieť. Iſtiuſmodi ſane fabula eſt, quę in tabula continetur. Vobis autem nihil inuideo, ſi quid ulterius in-terrogare ac perſcrutari uultis, ego uobis exponam. Recte dicis inquam ego. Cæterum quid eos capere a falſa diſciplina Genius imperat? quæ bona & conducibi-lia eſse uideantur. Hæc igitur quænam ſunt? Literæ inquit, atq́ʒ alia Mathematum ſtudia, quæ a Platone traduntur. Veluti uim freni cuiuſpiā in cohercendis adoleſcentibus obtinere, ut ne ad alia peiora diſtra-hanť. Vtrum uero ea capere omnino neceſse eſt, ſi qs ad ueram diſciplinā ſit peruenturus, nec ne? Nihil in quit neceſse eſt, ſed alioquin utilia ſunt, tametſi ad reddendos homines meliores nihil conferunt. Nihil ergo affirmas hęc eſse utilia ad meliores uiros effici-endos? Licet enim profecto ſine his etiam meliores fieri, illa tamen etiam non inutilia ſunt. Quemadmo dum enim quæ aliquando pronunciantur per inter-prætem coniicimus, cum alioquin nō inutile ſit, nos

Viaticū ad ſenectutem compara, ſapiens quidā dixit.

⌈Literæ, Artes, do-ctriæ, & ſtudia. ⌈Ma-thematum. Mathe-mata, ſiue Mathematicæ artes ſunt, Arithmetica, Geometria, Muſica, & Aſtrologia. Hæ proprie ma-themata. i. diſciplīæ nuncupantur, quod aliis certiores ſunt.

Notabile dictum.

etiam ipſos ſi quid percepimus, uoce ac lingua diſer/tiore proſequi. Ita ſine his etiá ſtudiis fieri meliores nihil prohibet. Nũquid hi q mathematici uocant̃ ad meliores, q̃ alii ſint, homines efficiendos nihil excel/lunt? Et quoná pacto excellere poterunt, qui nihilo/minus q̃ alii, in bonoꝝ & maloꝝ cognitiõe decepti, etiam omnibus uiciis implicati uideantur. Nihil eñ prohibet eum, qui literis eruditus, ac diſciplinis om/nibus fuerit inſtitutus, itidem ebriũ, & intemperan/tem, & auarum, & iniuſtum, & proditorem, ac poſtre/mo inſipientem eſse, multos profecto eiuſmodi ui/dere licet. Quare fieri nõ poteſt inquit, ut hi per has diſciplinas uiri meliores euadant. Nequaq̃ apparet ex hac ratione. Sed quænam eſt cauſa? inquam ego. Quia in ſecundo ambitu uerſantur, tanq̃ ueræ diſci/plinæ appropinquantes. Et quod hoc inquit emolu/menti affert? cum plerunq; liceat aniaduertere de pri/mo ambitu in tertium, ab incontinentia, & reliquis uiciis ad ueracem diſciplinã peruenientes. Qui hos mathematicos prætergrediunt̃. Quare/ quoná mo/do proficiunt? niſi forte prorſus indociles & durioris ingenii ſunt. Cur hoc? inquá ego. Quoniam in primo ambitu hoc plus habent, ꝙ quæ neſciunt, neſcire ſe non diſsimulant. In ſecũdo uero illud certe neſciũt, quod ſcire profitentur. Cuius ſententiæ quoad fue/rint, ad ueracem diſciplinã percipiendam nihil omni/no promoueri neceſse eſt. Illud præterea non igno/ras, ꝙ opiniones, etiam de primo ambitu ad eos ſimi/liter ingrediũtur. Quo fit, ut illis hi nihilo meliores

Vide ſuper hac re Geruice Gel. li. 14. ca. 1. Picum Mirandulá, Franciſcum Petrarchá, & alios.

Pœnitentia omnem errorem corrigit.

existant, nisi hos itidem pœnitentia ſubſequatur, ſibiq; perſuadeant, ſe nõ diſciplinam, ſed falſam diſciplinam attigiſse, per quã decipiuntur. Atq; ita ſalui eſse non poſsunt. Quocirca uos etiam inquit hoſpites ita facite, & quæ dicuntur quoad profeceritis, diligenter attendite. Quinimo de his ipſis ſæpenumero cõſiderandũ eſt. Et nihil intermittendũ, ſed reliqua præter rem exiſtimãda, alioquin nulla eorũ, quę nunc auditis, utilitas erit. Ita faciemus, illud autẽ explica, cur bona non ſint ea quæ homines a fortuna pcipiunt. Sicuti uita, ſanitas, diuitiæ, gloria, liberi, uictoriæ, & reliqua his ſimilia. Rurſusq; his oppoſita cur mala non ſint? Valde. n. abſurdum & incredibile hoc nobis uidetur. Age itaq; inquit enitere, ut quod ſentias de quibus interrogaris, reſpõdeas. Atq; hoc inquã ego faciã facile. Vtrum igitur ſi male quiſpiam uiuat, Viuere illi bonũ cenſes? Non bonum, ſed malum inquã ego, mihi uidetur. Quonam igitur pacto uiuere bonum eſt inquit? Siquidem hoc per ſe malũ eſt? quia male uiuentibus malum. bene autem bonum eſse uidetur. Ipſum igitur uiuere, & malum & bonũ eſse contendis? Ego inquã, abſit itaq; ut tam abſurde loquaris. Neq; enim fieri poteſt, ut idem malum pariter ac bonũ ſit, ita. n. & utile, & pnitioſum & eligendum & fugiendũ ſimul idẽ ſemper, quo quid abſurdius? Sed quo nam pacto? ſi cui male uiuere cõtingat, eidem quoq; malũ contingat. Ipſum uiuere malum non eſt? Atqui uiuere & male ſub eodem nõ cenſetur. Nunquid non ita tibi uidetur? Profecto idẽ eſ

Fortũæ munera.

An malum uiuere.

ſe ne mihi quidem uidetur. Itaq; uiuere non malũ eſt, nam ſi malum exiſteret, malũ utiq; uiuentibus eſſet, quia quod per ſe malum eſt, ipſum uiuere illis adeſſet. Vera mihi dicere uideris? Quoniã igitur & male & bene uiuentibus uiuere ipſum contingit, neq; bonum neq; malum eſſe ipſum uiuere confirmatur. Sicuti ne ſecare quidem atq; urere in ægrotãtibus morboſum aut ſalubre dicitur, nihilominus in ipſo etiã uiuere comprobatur. Ita res eſt. Tu itaq; ſic aduerte, utrũ male uiuere, an potius honeſte ac generoſe mori cupias? honeſte inquam ego potius mori. Quo circa ne mori quidem eſt malum, Si quidẽ emori/q̃ uiuere plerũq; eſt eligibilius. Ita ſe res habet, eadem eſt ratio de ſanitate & infirmitate. Sæpius eñ ſanum eſſe non confert. Verum e regione, cum ita caſus tulerit. Vera dicis. Age uero de diuitiis ita conſideremus. Siqdem pleroſq; intueri ſæpenumero licet ampliſſimis diuitiis affluentes, peſſime tamen/ac miſerrime uiuentes. Pleroſq; per Iouem quapropter ad bene uiuendum nihil illis diuitiæ proſunt? nõ uidetur. Improbi enim ſunt. Non diuitiæ igitur ſed diſciplina pro/

Viuere, nec bonum, nec malum.

Mors non malum. Ci. i. Tuſcu.

Diuitiæ nil proſunt.

⌈ Ne mori quidem. Quoniã uita longior periculis, ac calamitatibus expoſita eſt innumeris.

⌈ Miſerrie uiuentes. Quippe in diuitiis nihil aliud appetimus q̃ qđ nocet, luxũ ſcilicet & exceſſũ, Vnde diuitum miſerrimus ſtatus eſſe dicitur, eo ꝙ diuitiæ grauiſſimæ quædam humanæ mentis ſarcinæ eſſe cõprobantur, Siquidẽ multis mortem attulere, requiẽ uero nemini. Quid? quod hæ ipſæ ſæpenumero plus mali q̃ boni mortalibus cupidis adferunt. Non deeſſet animus hoc in loco uel maxime in noſtra tempora, moreſq; hominum

bos, ac ſtudioſos efficit. Ita ſane comprobatum eſt. Vbi autem bonæ ſunt ipſæ diuitiæ ſi ad meliores efficiendos poſſeſſores ſuos nihil adiuuant? ita prorſus apparet. Quibuſdam ergo diuitias habere non confert, ubi diuitiis uti neſciunt. Mihi ita uidetur. Quo igitur bonū eſſe id aliquis iudicabit. Quod pleruncꝫ nō poſſidere ſatius eſt? Nullatenus. Si quis igitur recte ac prudēter diuitiis uti nouerit, bene ac feliciter uiuet. Si ſecus, male atcꝫ infeliciter. Veriſſime dicere hoc mihi uideris. Summa uero totius eſt rei, dum hæc, aut tanq̄ bona expetuntur, aut tanq̄ mala deſpiciuntur, necꝫ aliud eſt, quod æque hominibus aut perturbationē aut detrimentum afferat, q̄ cum honoribus afficiuntur. Et in ſolis diuitiis conſiſtere felicitatem arbitrantur. Conſequēter cꝫ nullū earum rerum gratia quāuis impium, & flagitioſum facinus eſſe recuſandum. Hæc uero propter ipſam ueri boni ignorantiā patiuntur. Illud enim ignorāt, bonū ex malo fieri nequaq̄. Multos aut uidere licet in diuitiarum poſſeſſionē ex peſſimis ac turpiſſimis facinoribus deueniſſe. Veluti ꝓditionibus, depredationibus, homicidiis, calumniis, rapinis, aliisq cōpluribus & prauis operibus. Ita res eſt. Si igitur ut par eſt, ex malo nullū bonum prouenit. Diuitiæ uero ex malis facinoribus proueniūt. Diuitias

uſcꝫ adeo deprauatas, ut nihil ſupra exclamare, niſi id ipm alibi ſatis ſupercꝫ flebiliter feciſſem, quapropter in p̄ſentiarū me, quāq̄ uix, contineo.

Bene utentibus diuiciæ bonæ.

Felicitas nō in diuitiis.

Veri boni ignorātia.

¶ Si igitur. Venuſta argumentatio eſt, q̄ tandem cōcluditur, ex malo ꝑ ſe nil boni poſſe conſequi & oriri.

Ex malo nū q̄ bonum.

Sapientia bonum. Hinc Horatius de ſapiente loquens, ait, Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Ioue, diues, liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

nequaq̃ bonum eſſe neceſſe eſt. Sic ex iſto ſermone contingit. Ceterum ne ſapientia quidem, & iuſticia ex malis operibꝰ acquiri poteſt, neqꝫ itidem iniuſticia & inſipientia ex bonis. Siquidem ipſa eadem ſimul conſiſtere non poſſunt. Diuitias uero, & gloriá, & uictorias, & reliqua id genus multa cum prauitate cuiq̃ contingere nihil prohibet, qua propter hæc neqꝫ bona, neqꝫ mala cenſeantur. Cæterum ſapientia dūtaxat bonum. Inſipientia uero malum. Recte inquá & ſufficienter mihi dicere uideris.

Sapiētia dūtaxat bonū.

¶ ARGVMENTVM tabulæ Cebetis, per Rudolphū Agricolam Rhetum poetam laureatum.

Hæc erumnales hominū pictura labores,
  Humanæqꝫ uiam conditionis habet.
En tria ſepta uides iunctis ſociata figuris,
  Vitæ ſunt primi qui ingrediuntur iter.
Hic error phialis, ac ignorantia ueri
  Summitur hinc dubiæ incōmoda ſortis erunt.
Cœca uoluptates amat inſipientia mundi,
  Pro quibus omne mali tentat inire genus.
Hinc flagro ſeptum punitio iuſta ſecundum
  Occupat, & luctus, continuusqꝫ dolor.
Pœniteat donec, falſæqꝫ ſequatur honeſtum.
  Doctrinæ ſtudium, ueridicæqꝫ ſacrum.
Incolit hæc ſummum turbis comitata ſororum,
  Per quam uirtutum conciliatur amor.
Felicis ducunt hæ ſanctæ matris ad arcem,
  Conſtanti imponat quæ diadema uiro.
Vera coronaris hæc contemplatio dos eſt
  Cunctarum rerum, cognitioqꝫ boni.

Viennæ Pannoniæ per Ioannē Singreniū. Anno. 1519.

VNIV. IAGELL CRACOVIENSIS